



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 79. Proscripti Donawerthani Protestantes ad Cæsaris clementiam  
confugientes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

norumque dispendio haud amplius to- Sæc. XVI.  
lerare decrevissent. His ita constitu- A.C. 1607.  
tis, Deputatis bene visum est, furori  
cedendum, intermissa interim suppli-  
catione.

### §. LXXIX.

#### *Proscripti Donauerthani Protestan- tes ad Cæsaris clementiam confugientes.*

Itaque cum nec intentatis pœnis, nec *Relat. Do-*  
*monitis quicquam proficere possent nau. Germ.*  
Cæsar Legati, totius rei successum ad *pag. 33.*  
supremum Cæsareæ Majestatis tribunal  
referre compellebantur. Mirabatur sum-  
mopere piissimus Imperator Rudolphus,  
eos, qui se puram Evangelii doctrinam  
sequi jaçitabant, conculcatis omnibus  
Dei, naturæ atque Evangelii legibus  
ubique tanta ferocia in Catholicos graf-  
sari, non alio ex fine, nisi ut suam se-  
ctam propagent, quam tamen ipsimet  
duntaxat ideo veram credebant, quia  
Romanum Pontificem velut Antichri-  
stum, Romanamque Ecclesiam, in qua  
eorum Majores enutriti erant, tanquam  
Babylonicam meretricem ab uno altero-  
ve famelico Ministello traduci audiissent.  
Igitur tanta tamque atroci injuria irrita-  
tus Cæsar collatis suorum consiliis die  
tertia Augusti hanc pronuntiari jussit

O 3                   fenten-

Sæc. XVII. sententiam : „Donawerthanorum ex-  
 A. C. 1607. „ceptiones frivolæ sunt, atque hæc fe-  
 „rocidentis civitatis contumacia *fatis*  
 „*toriis & permanentibus* manifestata ad  
 „versus tot Cæsar is de cœta Rebellio  
 „affinis est: quo circa tam ad afferen-  
 „dam Imperatoris Majestatem quam al-  
 „arcenda ejusmodi facinorum exempla  
 „cum nulla resipisciendi spes in refe-  
 „ctaria civitate appareat, Donawerthan  
 „in poenas jam antea Cæsar is judicio  
 „denuntiatas, re ipsa incidisse declarer-  
 „tur, earumque executionem Bavaria  
 „Dux suscipiat. „ Promulgato hoc Cæ-  
 sar is decreto quorumdam metus simu-  
 latam humiliationem, pluri morum au-  
 dacia belli Societatem ex sectæ confor-  
 tio sperandam, paucorum vero mode-  
 ratio clementiæ remedium suggerebat.  
 Variantia hæc consilia Lutherani cives  
 in tabernis domibusque suis excoque-  
 bant, tandem vero Consul Senatusque  
 quorum potissimum intererat, Impe-  
 ratori supplicem libellum esse porrige-  
 dum decernebant, in quo antiqua excu-  
 fatione, atque iterato mendacio die vi-  
 gesima septima Julii exponebant, quod  
 Magistratui (cujus tamen auctoritate  
 cives cohibendi remedium a Cæsare  
 quarta jam vice exhibitum studiose fu-  
 suppressum) insani plebeculæ motus ve-  
 hementer displicuerint, eos tamen ne-  
 quive

quiverit cohibere, duos tamen præci- Sæc. XVII.  
 puos hujus tumultus auctores carceri A. C. 1607.  
 manciparit, eadem poena in cæteros  
 animadversurus, si citra præsentaneum  
 vitæ discrimin potuisset? Ceterum ex  
 civibus multi essent insontes, qui non  
 propria temeritate, sed metu & aliorum  
 vi ad communem hanc seditionem ab-  
 septi fuissent: Proin Magistratus Sacram  
 Majestatem exoraret, ut pro paterna  
 benignitate, condonata proscriptionis  
 poena, innocentibus parcere, de fonti-  
 bus autem poenas sumere velit.

### §. LXXX.

*Lutherani Donawerthæ. Cæsaris cle-  
 mentia petulantiores affecti.*

Hac supplicum demissione commotus Annal. Boic.  
 Cæsar proscriptionis executionem Adlzreit  
 differri præcepit, ea tamen lege, ut p. 3. l. 2.  
 binos illos, quos carceri dederant, Ju Struv. hist.  
 dicibus delegatis, ceteros autem son Germ. per.  
 tes indicarent, atque ad quæstionem 10. sett. 7.  
 traderent, mandata quoque Cæsarea servarent, horumque sponsonem com-  
 muni civitatis ligillo munitam consigna-  
 rent. Hoc decreto instructi Delegati a  
 Maximiliano Duce Donawertham de-  
 cernuntur, & die quarta Septembris Se-  
 natui demandatam sibi provinciam a-  
 periunt, demum per integros sex dies

O 4 Sena-